Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Incipit quedam tractatus seu informatio approbationis status fratrum et sororum de penitentia beati Dominici :-)

Ad evidentiam aliqualem
habendam et informationem
status fratrum et sororum
de penitentia sancti Dominici pa-
tris fratrum ordinis predica-
torum. Pateat omnibus presen-
tes litteras inspecturis. Qualiter ego
frater Thomas de Senis una cum fratre
et magistro Bartholomeo etiam de Senis am-
bo de ordine predicatorum. Anno domini M°
CCCC°. II°. in Veneciis [illegible]
diligentius inquirentes de dicto statu
reperimus tamen quantum ad initium quod processus
eiusdem taliter se habere hucusque. videlicet.

Siquidem in octavo capitulo prime partis
legende cuiusdam venerabilis virginis beate Cateri-
ne de Senis sororis supradicti status et habitus
quam legendam composuit reverendus frater Raymun-
dus de Capua sacre theologie professor et totius
ordinis predicatorum generalis magister. Et quod
capitulum incipit. Cunctis volentibus legere et scire.

Notum facio quod prout legi pariter
et audivi a fidedignis in diversis Ytalie
partibus, gestaque beatissimi patris mei sancti
Dominici testantur. Ipse gloriosus fidei
catholice pugil ac Christi athleta beatus Dominicus
fuit totus zelator boni status ecclesie mi-
litantis. Quamvis per se ac suos fratres tam in
Tholosa quam in Lombardia hereticos trium-
phaliter debellasset. Ita ut sicut fuit tempore
canonizationis coram summo pontifice pro-
batum legittime centum milia hereticorum
et ultra conversi fuerint in Lombardia tam
doctrina quam miraculis suis. Nichilominus
tamen tantum infecerat mentes hominum dictorum
hereticorum doctrina venenosa quod fere
omnia iura ecclesiarum erant per laycos occu-
pata qui possidebant quasi hereditario
iure. Ex quo cogebantur pontifices mediate
nec ullam habebant potentiam per quam possent
errori resistere nec etiam clericos aut
pauperes valebant sed sui officii debitum
nutriendo iuvare. Quod sanctus pater zelotipa-
mente cernens et sustinere non valens
qui pro se suisque sequacibus extremam
elegerat paupertatem cepit pro dictis iuribus
recuperandis ecclesie decertare. Adunavit
ergo aliquos laycos deum timentes et
sua propria devocione affectos et notos ce-
pit cum eis tractare de ordinanda quadam
milicia que haberet iura ecclesiastica recuperare
simul et defensare nec non et resistere
fideliter heretice pravitati quod et factum
est. Nam illos quos voluntarios recepit
sic induxit quod iuramentum prestabant
se cuncta que dicta sunt facere [illegible]
et propter hoc exponere tam personam quam illa que
possidebant. Ut autem a coniugibus in huiusmodi ope-
ratione impediri non possent faciebat et
coniuges seu uxores eorum iurare quod vi-
ros non impedirent sed potius iuxta
modum suum cooperarentur eis in omnibus pos-
sibilibus. Sibi promittebatque sanctus pater
utrique parti copule servanti hec securus
vitam eternam. Vocavit autem eos fratres
de milicia Ihesu Christi. Verum ut per aliquod
saltem signum discernerentur a ceteris lai-
cis et aliquid supererogatorii operis ad-
derent ultra consuetudinem aliorum
dedit eis colorem habitus proprium videlicet ut scilicet
tam viri quam mulieres quacumque figura
vestium uterentur album tamen semper
portarent et nigrum ita quod uterque color
exterius appareret ad innocentie
ac humilitatis indicium. Insuper assignavit
eis quendam taxatum numerum dominice oratio-
nis et salutationis angelice quas pro
qualibet hora canonica deberent coti-
die orando perficere ut a divino officio
non vacarent. Hec sancto postquam beatus pater